Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I.
Wien, 1799 Seite 619
Quelle:
Copyright:

Edit.	Cod.
et nostram salutem incarnatus.	*et propter nostram salutem descendit de coelis et incarnatus.*
quia vero natus est.	*quia vere natus est.*
blasphemiis irritum.	*blasphemiis ad irritum.*
in subjectione cum dicitur haec ut —.	*in subiectione, quam in patris sentire, Condecet enim hoc, ut —*

Ad calcem demum hujus etiam *Partis* ita Censor: *Finiui legendo et emendando. die prima Septembris. 1470. Emendare ad plenum non potui propter varia* (discrepantia?) *exemplaria. emendatior tamen est alijs similibus, quos viderim. Jo.* De quo nomine, quod conjectem, non occurrit. Satis vero pro aevo suo praestitisse videtur, quisquis sub illo *Jo.* latere voluit.

CCCVIII.

H. 27 Codex membraneus lat. Sec. XV. Folior. 322. 4. maj. nitidissime exaratus, titulis purpureis, et literis initiorum deauratis et picturatis speciosus inscribitur: *Incipit Liber Quorumdam* (sic) *Epistolarum Jeronimi.* Ne vero meras expectes Epistolas; haec enim Series est: *Epistola* in edit. *Vallarsii*, quam sequor, T. I. 34. *ad Marcellam*, nobis prave inscripta *ad Paulam. Tractatus Beati Jer. de Tribus Virtutibus*, spurius T. XI. *col.* 87. *Epistola ad Avigavim.* 76. nobis truncata. *Ad Paulinum* 85. *Ad Pammachium* 48. *Ad* eund. *et Oceanum* 84. *Prefatio Rufini in Libris Periarchon* (περὶ Αρχων) 80. *Liber beati Hieronimi ad Pammachium et Marcellam.* Sunt III. *Libri Apologetici adversus Ruffinum* edit. *Vallars.* T. II. *col.* 457. *Epistola* ad eund. T. I. 81. *Epistola beati Anastasii Vrbis Rome Episcopi ad Johannem Episcopum Jerosolimorum super Nomine Rufinum* (Ruffini). T. II. *col.* 577. *Epistola Hier. ad Vitalem.* T. I. 72. *Ad Evangelium.* 73. *Ad Amandum* 55. *Ad Magnum Oratorem* 70. *De Reprehensione Tractatuum Retici Galli* (Rheticii Augustodun. Ep.) Est Epistola *ad Marcellam* 37. Ad eand. 28. *Ad Ruffinum* 74. *Epistola de Seraphim.* Est *ad Damasum* 18. *Ad Abigaium.* Integra, quae supra truncata. *Ad Desiderium* 47. *Ad Chromatium, Jovinum et Eusebium* 7. *Ad Theodosium et Ceteros Anachoretas* 2. *Ad Innocentium* 1. *Ad Chrisonam* (Chrysogonum) *Monachum* 9. *Ad Sabinianum* 147. *Ad Paulum Senem* 10. *Tractatus de diversis Generibus Leprarum.* Spurius T. XI. *col.* 232. *Ad Paulam* 30. *Ad Marcellinum et Anapsiam* (Anapsychiam) 126. *Ad Sebastianum.* Scripta a *Paulino* et *Therasio* (Therasia?) extat T. V. edit. *Maur. Opp. Hieronymi col.* 218. *Ad Lucium* (Lucinium) *Beticum* 71. *Ad Tirasium.* Spuria T. XI. *col.*